

presentibus feculis, tenentes, abque ulla restrictione licere...

Aliqui tamen ex eis, qui doctrinas laxas tradidere, forsan...

XXXIX. Similiter quemadmodum per accidens, nempe ex...

XL. Obijciunt quarto. Eadem videtur esse ratio de sententia...

XLII. Respondet, neg. maj. Aliunde enim opinio dicitur...

XLIII. Tandem obijciunt. Licet scilicet, per nos, sententiam...

XLIV. Resp. neg. min. Sententia enim affirmans, licet...

XLV. Q. Uia in hac materia mediam inter duas extremas...

XLVI. Primo ergo obijciunt S. Th. Quidlib. 3. art. 13. ex...

S. III. Proponuntur Rationes Sententia Rigidiore.

XLVII. Sed hęc D. Th. Doctrina fecit quidem contra...

Dum autem dicit, peccare eum, qui habens certitudinem...

neque habendo plures Præbendas facit contra veram opinionem...

XLVII. Sed hęc D. Th. Doctrina fecit quidem contra...

Dum autem dicit, peccare eum, qui habens certitudinem...

XLVIII. Quia vero dicere quis poterit: quomodo stare...

XLIX. Secundo obijciunt S. Augustinum l. 2. de Doctr. Christ.

L. Respondent aliqui, hanc D. August. regulam non...

LI. Respondet etiam dispartitatem esse inter libros...

LI. Respondet etiam dispartitatem esse inter libros...

moveat ad partem oppositam, & verosimilior appareat...

LII. Tertio obijciunt. Ille peccat, qui se exponit periculo...

Confirm. Ille, qui se exponit periculo sequendi falsam...

LIII. Resp. dist. maj. Qui se exponit periculo peccandi...

Confirm. Ille, qui se exponit periculo peccandi falsam...

quia contingere potest, quod sententia minus tuta, quamvis...

LIV. Ad confirm. eodem modo respondeo. Qui enim dicit...

TRACTATUS TERTIUS. DE VIRTUTIBUS, ET DONIS.



Statu, & Tomo de Virtutibus...

Uia actus humani alii sunt honesti, & virtuosii, alii vitiosi...

nes earum redduntur bonæ, convenientes, & rectæ. Et hæc...

S. II.

An Virtus sit in genere Qualitatis, & sit Habitus.

Cotus negat, virtutem esse qualitatem; sed assertit, esse...

VI. Dico primo. Virtus est in genere qualitatis, non pura...

VII. Dico secundo. Virtus est in specie qualitatis, quæ est...

VIII. Probatur ratione D. Thomæ. Illa perfectiones, quibus...

IX. Probatur secundo. Quando homo justus cessat ab omni...

X. Dices primo. Philosophus 7. Physic. text. 17. expresse...

XI. Respondetur. Philo. ibi loqui de corporis virtutibus...

QUESTIO I.

De Virtutibus, quoad Essentiam, & Subiectum.

D. Virtutes investiganda sunt natura, subiectum, proprietates...

DE VITIIS.

Quid sit Vitium.

S. I.

Varia Virtutis acceptiones.

I. Virtutis vocabulum juxta Tullium lib. 2. Q. Tusculan. &...

II. Hoc autem nomen non eodem modo semper usurpatur.

III. Secundo. Virtus sumitur pro congregatione militum...

IV. Tertio. Accipitur pro effectu, seu pro ipsa operatione...

V. Quarto. Tandem virtus sumitur pro quadam dispositione...

morum; pulchritudo congrua habitudine partium, agritud...

XII. Dices secundo. Habitus est qualitas difficulter mobi...

Resp. secundo. De ratione habitus est, esse per se difficulter...

Resp. secundo. neg. min. Illud enim non est facile mobi...

XIII. Dico tertio. Virtus est habitus operativus. Ita Div...

XIV. Hinc inferitur cum D. Thom. hic art. 3. virtutem esse...

XV. Sed dices. Idem habitus virtutis potest successive in...

XVI. Respondendo tamen. Neg. ant. Ad utramque prob. nego...

XVII. Quamvis autem aliquando virtus etiam in malo di...

S. III.

Quid sit virtus.

Quamvis ex haecenus dictis apparere possit natura virtu...

XVIII. Dico ergo. Virtus est bona qualitas mentis, quae...

XIX. Convenientem esse praefatam definitionem. ostendit S...

habere materiam, ex qua, sicut nec alia accidentia; sed habet ma...

XXI. Si dices iterum. Augusti. serm. 15. ad Verb. Apost. c. 11.

XXII. Respondendo cum D. Th. hoc art. 4. ad 6. exponendo...

XXIII. Omitteudo non sunt aliae tres virtutis definitiones...

XXIV. Secunda habetur apud eundem Philosophum eodem...

XXV. Tertia ex eodem 3. Physicor. cap. 3. sumpta, talis...

XXVI. Nota tamen, S. Doctorem hic non loqui de subiecto...

XXVII. Addit ulterius S. D. ibidem art. 2. unam virtutem non...

XXVIII. Supponit tunc S. Praeceptor art. 5. virtus sensitiva...

XXIX. Nota D. Thom. hac 9. 55. art. 3. habitum aliquem...

XXX. Nota secundo. Intellectum posse considerari, vel se...

XXXI. Dico ergo primo. Subiectum habitus, qui secundum quid...

est operatio rei, vel aliquid consequens operationem a poten...

III. Addit ulterius S. D. ibidem art. 2. unam virtutem non...

IV. Supponit tunc S. Praeceptor art. 5. virtus sensitiva...

V. Nota D. Thom. hac 9. 55. art. 3. habitum aliquem...

S. II.

Resolvitur de intellectu.

VI. Nota secundo. Intellectum posse considerari, vel se...

VII. Dico ergo primo. Subiectum habitus, qui secundum quid...

VIII. Inferitur quoque, rationem virtutis univoce non...

IX. Inferitur quoque, rationem virtutis univoce non...

vel falsum, seu verum in re, vel solum verum apparens; &...

XIII. Quod vero virtus illa sit virtus solum secundum...

IX. Dico secundo. Intellectus, secundum quod dicit ordi...

XI. Haecenus dicta clarius explicat S. Th. infra q. 57. a. 4.

XII. Ex hac doctrina inferit D. Th. infra q. 65. a. 4. si...

XIII. Inferitur quoque, rationem virtutis univoce non...

XIV. Inferitur quoque, rationem virtutis univoce non...

XV. Inferitur quoque, rationem virtutis univoce non...

per se dicit rectitudinem appetitus & per posterius ratio virtutis dicitur de virtutibus intellectualibus...

S. III.

Resoluitur de Voluntate.

XIV. Voluntas (ait D. Th. hac g. 65. a. 6.) ejus proprium obiectum est bonum rationis...

XV. Et quidem voluntatem indigere habitu virtutis ad attingendum bonum supernaturale divinum...

XVI. Dico primo. Ad volendum prompte, & facilliter bonum alterius, indiget voluntas habitu virtutis...

XVII. Dico secundum. Ad volendum bonum proprium, ac sibi conaturale voluntas per se non eget aliquo virtutis habitu...

XVIII. Quod si in attingenda boni honesti proprii aliquam difficultatem experitur...

XIX. Sed dices. Intellectus ad quodcumque verum attingendum, etiam ipsa prima principia, indiget habitu superaddito...

XX. Hanc instantiam sibi proponit D. Th. eique respondet, cum Qu. univ. de Virtutibus a. 5. ad 3. tum infra g. 62. art. 3. ad 1. nego conf. Et enim (inquit) intellectus indiget...

conformitatem ad ipsum. Et ideo proposito sibi bono conaturali proprio supposito, seu individuo, naturali quodammodo...

XXI. Dices secundo. Eto hoc verum fit de bono in communi, non tamen de bono particulari, praesertim honesto...

XXII. Confirmatur. Voluntas est, qua peccatur, & recte vitatur: sed rectitudo vice perit ad virtutem: unde supra ex D. Aug. diximus...

XXIII. Respond. aliquos velle, quod esto in ordine ad bonum proprium, quod sic est proportionatum, ut voluntas absque ulla difficultate possit in illud ferri...

XXIV. Verus tamen, & D. Thomae conformis existimo oppositum. Et enim Qu. univ. de Veris. a. 5. citato ad 4. simill obijectioni respondens ait: Circa passionem virtutes sunt in appetitu inferiori...

XXV. Ad confirm. respondeo cum D. Thom. Qu. univ. de Veris. a. 5. ad 9. Quod voluntas recte vitatur, & peccatur, sicut imperante omnes actus virtutum...

XXVI. Ex quibus, ut aliis obijectionibus respondeas, stricte collige primo. Quod cum habitus virtutis datus ad tollendas difficultates, in ea potentia poni debeat...

XXVII. Collige secundo. Ex frequentatione actuum virtutis, puta temperantiae, habitum in voluntate non generari. Sicut enim lapis, quamvis millies defendat...

XXVIII. Collige tertio. Quod dato, in voluntate generari habitus virtuosus, non sequitur, in ea produci habitus virtuosos. Nam voluntas ad quoscumque actus malos...

XXIX. Neque ex eo, quod voluntas sit indifferens ad bene, vel male operandum, inferri potest, eam ad bene operandum indigere habitu facilitate. Nam esto voluntas ad bene, vel male operandum indifferens sit indifferenter libertatis...

XXX. Neque ex eo, quod voluntas sit indifferens ad bene, vel male operandum, inferri potest, eam ad bene operandum indigere habitu facilitate. Nam esto voluntas ad bene, vel male operandum indifferens sit indifferenter libertatis...

DUBIUM III.

An in Appetitu Sensitivo sine Virtute proprie dicitur.

S. I.

Resoluitur Difficultatis.

I. Dubium excitatur, non de appetitu sensitivo secundum rationem communem homini, & bruto: sic enim certum est, non esse subiectum alicujus virtutis...

II. Dico ergo. Appetitus sensitivus hominis, ut natus obediens rationi, est subiectum virtutis proprie dicitur: irascibilis quidem, fortitudinis, magnanimitatis, mansuetudinis: concupiscibilis autem, castitatis, sobrietatis, abstinenciae, temperantiae...

III. Confirmatur dicta ratio. Appetitus sensitivus in homine est subiectum actus humani boni, & laudabilis: ergo & virtutis proprie dicitur: actus enim humanus bonus est actus virtutis...

IV. Prob. secundo ratione D. Th. Qu. univ. de Veris. a. 4. citato. Virtus humana in ea potentia ponenda est, qua potest esse principium actus humani, id est actus positi sub dominio hominis...

XXVI. Ex quibus, ut aliis obijectionibus respondeas, stricte collige primo. Quod cum habitus virtutis datus ad tollendas difficultates, in ea potentia poni debeat, quae formaliter, & intrinsece difficultatem habeat...

XXVII. Collige secundo. Ex frequentatione actuum virtutis, puta temperantiae, habitum in voluntate non generari. Sicut enim lapis, quamvis millies defendat, non tamen acquirit habitum...

XXVIII. Collige tertio. Quod dato, in voluntate generari habitus virtuosus, non sequitur, in ea produci habitus virtuosos. Nam voluntas ad quoscumque actus malos, quia sunt contra rationem, non est ex se inclinata...

XXIX. Neque ex eo, quod voluntas sit indifferens ad bene, vel male operandum, inferri potest, eam ad bene operandum indigere habitu facilitate. Nam esto voluntas ad bene, vel male operandum indifferens sit indifferenter libertatis...

XXX. Neque ex eo, quod voluntas sit indifferens ad bene, vel male operandum, inferri potest, eam ad bene operandum indigere habitu facilitate. Nam esto voluntas ad bene, vel male operandum indifferens sit indifferenter libertatis...

sistendi rationis imperio, nec ullius indifferenciae, aut libertatis, sed purae servitutis, capacia virtutis non sunt.

S. II.

Solutio Contrariarum.

VII. Primo obijetur. Potentia sensitiva cognoscitiva capaces virtutis non sunt; ergo nec potentia appetitiva sensitiva: sicut enim ista servit rationi, ita & illa.

VIII. Respondeo, neg. conf. Quia ut docet D. Th. hac g. 56. a. 5. Operet, quod virtus sit in illa potentia, quae est consummatio boni operis. Cognitio autem veri non consummatur in virtutibus sensitivis apprehensivis; sed huiusmodi virtutes quasi preparatoriae ad cognitionem intellectivam...

IX. Secundo obijetur. Sicut anima regit corpus, ita ratio regit appetitum sensitivum: sed, ut ait August. l. de Moribus Ecclesiae c. 5. quod aliquis corpore bene utatur, totum refertur ad animam: sicut si mihi auriga obtemperat, equus, quibus praest, recte regit, hoc totum mihi debetur...

XI. Tertio obijetur. Virtus est habitus electivus, cujus principium actus est electio: sed electio est actus solius voluntatis, ut docet D. Th. 1. 2. q. 13. a. 2. non vero appetitus sensitivi; ergo &c.

XII. Respondeo, dist. min. Electio essentialiter sumpta, conc. min. Completive, nego min. Responso est D. Thom. Qu. univ. de Veris. a. 4. ad 2. ubi ait: Actus virtutis non potest esse irascibilis, vel concupiscibilis tantum sine ratione...

XIII. Ad id, quod arguitur, respondet D. Th. Qu. univ. de Veris. a. 4. ad 11. Quod licet irascibilis, & concupiscibilis secundum se considerata agantur, & non agantur tamen in homine secundum quod participat aliquam rationem, etiam aliquo modo agunt: non tamen totaliter aguntur...

XIV. Ex dictis infero primo: appetitum sensitivum in homine ex motione, & influxu voluntatis participare intrinsece libertatem: ita ut sicut in ipso, ut actualiter moto a voluntate, potest reperiri vitium, & peccatum; ita prout sic potest esse principium actus virtuosus, & subiectum virtutis moralis electivae talis actus. Et hac est doctrina D. Th. Qu. univ. de Veris. a. 1. ad 1.

XV. Infero Secundo: quod licet appetitus sensitivus non possit attingere bonum honestum in communi; ut tamen regulatus per rationem, attingere potest bonum sensibile honestum.

Sum in particulari; quatenus illud profecit secundum quod sibi a ratione preferitur: sic enim temperata comestio rationem boni honesti induit.

XVI. Infero tertio: quod licet actus appetitus sensitivi immedie reguletur a prudentia, regulatur tamen mediate; quatenus intellectus per prudentiam proponit bonum honestum sensui, & sensus proponit appetitui bonum appetitum ab intellectu. Neque est necessarium, quod omnis actus virtutis reguletur immediate a prudentia: sed sufficit, ut fiat ex dictamine prudentie existente in intellectu, & sit imperatus ab ipsa.

XVII. Denum adverte: quod esto, ut supra dubio procedente dictum est, ad moderandas passiones non sit ponenda aliqua virtus in voluntate, sed hæc debeat poni in appetitu sensitivo: aliquid tamen etiam in voluntate ponendum videtur ad imperandum, & dirigendum appetitum, ut ipsas passiones moderatas elicit. Ut enim ait D. Th. hac 1. 2. q. 56. a. 4. quando actus aliquis dependet a duplici potentia, scilicet, movente, & mota, non potest esse perfectus, nisi utraque potentia sit bene disposita: sicut non potest procedere artefactum nisi tam instrumentum, quam artifex sint bene ad agendum disposita. Quæ dispositio in voluntate non datur ad prosequendum bonum rationis; ad hoc enim diximus, esse sua natura propensam: sed ad vincenda impedimenta ex parte passionum insurgentia. Hæc tamen dispositio, si sit habitus, five non, rationem virtutis habere non potest: quia intra voluntatem non habet perfectum, & consummationem actum, sed extra eam in appetitu sensitivo, in quo consummatur, dum ab eo eliciuntur passiones moderatæ: quousque quæ passiones non sunt moderatæ, actus virtuosus non habetur.

Q U Æ S T I O II.

De Distinctione Virtutum.

D U B I U M I.

De Virtutibus Intellectualibus, Moralibus, & Theologicis.

S. I.

De Virtutibus Intellectualibus.

I. Virtus intellectualis ea dicitur, quæ perficit intellectum in ordine ad verum determinate. Quia autem verum aliud est speculabile, unice serviens cognitioni; aliud practicum, quod ulterius ordinatur ad praxim, seu operationem: ideo virtutes intellectuales alie sunt in intellectu speculativo, unice perficientes ipsum ad cognitionem; alie in intellectu practico, dirigentes ipsum ad operationem. Quinque ergo sunt virtutes intellectuales: tres speculationi servientes; nempe, intelligentia, sensus habitus primorum principiorum, sapientia, & scientia: & duæ practicæ, nimirum ars, & prudentia. Hanc divisionem esse bonam, probatur. Cum enim virtus intellectualis perficit intellectum determinate ad verum; vel illud perficit ad verum propter speculationem, vel propter praxim. Si primum: vel perficit ad verum per se notum; & sic est intelligentia, quæ perficit intellectum ad cognoscendam primam principia per se, & immediate nota. Vel perficit ad verum non per se, sed per aliud notum, sicut conclusiones, quæ non sunt attingibiles, nisi per earum principia. Hoc autem dupliciter contingere potest: vel cognoscendo eas per causas altissimas, & universales; & ad hoc datur sapientia: vel per causas proprias, & particulares; & ad hoc datur scientia. Si vero secundum: vel perficit ad verum, ut in singulari factibile; & ad hoc datur ars: vel ut agibile; & ad hoc datur prudentia.

II. Hinc colligitur consequenter ex dictis virtutibus propria definitio. Intelligentia enim est virtus perficiens intellectum speculativum, ad attingendam primam principia per se nota, & indemonstrabilia. Sapientia est virtus perficiens eundem, ad attingendas conclusiones per causas altissimas, & universales. Scientia est virtus perficiens eundem, ad attingendas conclusiones per causas particulares, & proprias. Ars est virtus perficiens intellectum practicum circa operabilia; unde dicitur recta ratio factibilium. Prudentia vero eundem perficit circa agibilia; unde dicitur recta ratio agibilium. Differunt autem, ut docet D. Thom. 1. 2. q. 57. art. 4. facere, & agere: quod factio est actus transiens in exteriorem materiam: sicut ædificare, fecare, & alia hujusmodi. Agere autem est actus permanens in ipso agente; ut videre, velle. Et rursum Ars facit facultatem præse boni operis; quia non respicit ad appetitum, an sit reclus, vel pravus: Prudentia vero non solum facit boni operis facultatem, sed etiam bonum usum: respicit enim ad appetitum, cuius rectitudinem prudentia supponit.

III. Præter has quinque virtutes intellectuales, dantur alii habitus in intellectu, seu dispositiones, quæ non habent rationem virtutis, quia non perficiunt determinate, & infallibiliter ad verum: sed indifferenter se habent ad verum, vel falsum; ut sunt fides humana, suspitio, dubium, opinio &c. Sed de his non agimus.

IV. Habitus primorum principiorum dividi potest in intelligentiam, & synderefim. Illa perficit ad attingendam primam principia speculabilia, quæ servantur scientiarum acquisitioni: hæc vero ad attingendam primam principia practica, quæ ad rectam operationem, & morum directionem conducunt. Ad hæc reduci potest conscientia: quæ tamen, ut diximus, non

est habitus, sed pura applicatio synderefis ad aliquam particularem actionem: unde actus synderefis dici potest.

V. Sapientia, alia est divina; & hæc est Theologia, quæ de causa altissima, nempe Deo, ex revelatis discitur. Alia humana; & hæc est metaphysica, quæ nomen sapientie obtinuit; eo quod de Deo, ut naturaliter cognoscibilis, discitur, & de aliis per principia prima, & communissima investigat.

VI. Scientia in plures species dividitur; quæ sub triplici genere secundum triplex genus abstractionis continentur. Quædam enim respiciunt objectum, ut abstrahens ab omni materia etiam intelligibili, ut metaphysica, & logica: quædam respiciunt objectum abstrahens a materia sensibili, ut arithmetica, cui subalternatur musica; & geometria, cui subalternatur astrologia, cosmographia, geographia, topographia, hydrographia, optica &c. Quædam tandem respiciunt objectum abstrahens tantum a materia singulari, cuiusmodi est mechanica, cui subalternatur medicina.

VII. Ars dividitur in liberalem, & servilem. seu mechanicam; & sub unaquaque septem species hoc dytlico recensetur:

Lingua, trochus, ratio, numerus, tonus, angularis, æstra. Ratus, membra, arma, rates, vulnura, lana, faber.

Prior versus septem liberales demonstrat: nimirum lingua grammaticam, trochus rhetoricam, ratio dialecticam, numerus arithmeticam, tonus musicam (sub qua, seu sub rhetorica, videtur claudi poesis) angularis geometriam, & æstra astrologiam. Nec obstat, quod aliquæ ex præfatis artibus ponantur etiam inter scientias. Nam ut docet D. Th. hic q. 57. art. 3. ad 3. in ipsa speculabilibus est aliquid per modum cuiusdam operis; puta, constructio syllogismi, aut orationis congrua, aut operis numerandi, vel mensurandi. Et ideo quicunque ad hujusmodi opera rationis habitus speculativi ordinantur, dicuntur per quandam similitudinem artes, scilicet liberales; ad differentiam illarum artium, quæ ordinantur ad opera per corpus exercitia, quæ sunt quodammodo serviles: in quantum corpus serviliter anima, & homo secundum animam est liber. Illa vero scientia, quæ ad nullum hujusmodi opus ordinantur, simpliciter scientia dicitur, non autem artes; nec operes, si liberales artes sunt nobiliores, quod magis eis convenit ratio artis.

Posterior versus septem artes serviles, quæ magis proprie dicuntur artes, complectitur: nempe: rus agriculturam demonstrat, natus venatoriam, & piscatoriam, arma militarem, rates nauticam, vulnura chirurgiam, barbitonforam, & pharmacopolem, lana textoriam, sartoriam &c. Faber fabrillem, quæ comprehendit argentariam, inauratricem, ferrariam, carpentariam, sculptoricem.

VIII. De prudentia, quæ est virtus Cardinalibus, & potius virtutem moralem sapit, quam intellectuales, plura queri solent, dum de virtutibus Cardinalibus agitur. Modo cum D. Th. hac q. 57. a. 5. contentus ero dicere, prudentiam esse virtutem valde homini necessariam ad bene vivendum. Bene enim vivere consistit in bene operari. Ad hoc autem, quod aliquis bene operetur, non solum requiritur quid faciat, sed etiam quomodo faciat: ut scilicet secundum electionem rectam operetur, non solum ex impulso, aut passione. Cum autem electio sit eorum, quæ sunt ad finem, rectitudinem electionis duo requiritur; scilicet, debitum finem, & id, quod convenienter ordinatur ad debitum finem. Ad debitum autem finem homo convenienter disponitur per virtutem, quæ perficit partem animæ appetitivam. Ad id autem, quod convenienter in finem debitum ordinatur, oportet, quod homo dirigat disponitur per habitum rationis; quæ consistit, & eligere quæ sunt eorum, quæ sunt ad finem, sunt actus rationis. Ita S. Th. Ex quibus concludit, necessariam esse virtutem intellectualem, per quam perficiatur ratio ad convenienter dirigendam electionem eorum, quæ sunt ad finem debitum; & hæc est prudentia. Nota tamen, quod dum S. D. ait, quod eligere sit actus rationis; intendit solum, quod sit actus rationis directive, non elictive, quia sic est actus voluntatis.

IX. Pæro quamvis prudentia versetur circa singularia, & contingentia, adhuc autem potest esse virtus intellectualis; non quidem intellectus speculativi, sed practici. Et ratio est: quia verum intellectus speculativi accipitur secundum conformitatem intellectus ad rem; verum autem intellectus practici accipitur per conformitatem ad appetitum rectum. Quamvis autem conformitas cum rebus contingentibus infallibilis esse non possit, ob eorum variabilitatem; conformitas tamen ad appetitum rectum solum in contingentibus, quæ voluntate humana sunt, locum habere potest. Et propterea circa sola necessaria datur virtus in intellectu speculativo; in intellectu autem practico circa sola contingentia, vel factibilia; & ad hæc datur ars: vel agibilia; & ad hæc dirigenda ponitur prudentia. Vide S. Th. hoc a. 4. ad 3. Super quibus ænte notat Cajetanus ibi, quod veritas intellectus speculativi consistit in cognoscere; veritas autem intellectus practici in dirigere: & sic veritas intellectus speculativi consistit in hoc, quod cognoscere adequatur rei cognita; veritas autem intellectus practici consistit in hoc, quod dirigere adequatur principio directive: quod in agendis est appetitus rectus rectitudinem finis, quæ est bonitas moralis.

X. Virtutes prudentiæ annexæ sunt eubulia, synesis, & gnome. Eubulia est bene consultativa synesis, & gnome sunt bene judicative. Differunt tamen, quod synesis est judicativa de agendis secundum communem legem, gnome vero judicativa secundum rationem naturalem in his, in quibus deficit lex communis. Ita synesis judicat, depositum esse reddendum; quia lex communis hoc dicit; gnome autem judicat prodi-

proditori patris depositum non esse reddendum: unde ex altiori principio judicat gnome, quam synesis. Quamvis autem circa agibilia humana tres actus rationis concurrant, nempe, consilii de agendis, judicare, & precipere de illis; solus tamen hic posterior est actus proprius, & immediatus prudentie, ad quem ceteri ordinantur. Unde prudentia consilii dicitur, non per seipsum, sed mediante eubulia; sicut dicitur judicare per synesim, vel per gnome. Et ratio est: nam duo actus, nempe consilii, vel inquirere, & judicare ad intellectum speculativum pertinere possunt; sed precipere est proprius intellectus practici actus: non enim ratio habet precipere, nisi ea, quæ per hominem fieri possant. Vide S. Th. citata q. 57. 1. 2. art. 6.

S. II.

De Virtutibus Moralibus.

XI. DE virtutibus moralibus quatuor occurrunt consideranda ex D. Thoma hac 1. 2. a. 2. quæst. 58. usque ad 61. inclusive. Primum est distinctio virtutum moralium ab intellectualibus. Secundum distinctio earundem a passionibus, quæ sunt materia ab aliquibus virtutibus moderanda; ut fortitudine, & temperantia. Tertium distinctio virtutum moralium inter se. Quartum virtutes cardinales; quæ inter virtutes principium locum tenent. Hæc omnia indicare fat erit, remittendo ad S. Thomam Candidatum meum.

XII. Circa primum D. Thom. q. 58. determinat, non omnem virtutem dici formaliter moralem; sed eam tantum, quæ est in vi appetitiva: quia virtus moralis dicitur a more; mos autem dicitur consuetudinem quandam, & inclinationem iuxta regulam rationis. Unde sic, nimirum, bene inclinari, & affectuere, non ad omnem virtutem pertinet; sed ad illam, quæ rectam inclinationem facit.

Unde sequitur primo: quod moralis virtus debet distingui ab intellectuali: quia hæc perficit intellectum ad bene cognoscendum, non ad bene, & secundum inclinationem rectam operandum. Quare male dixit Socrates, hominem, scientia in eo existente, peccare non posse, sed quicumque peccat, ex ignorantia peccare. Ex quo sequitur secundo: virtutem moralem acquirunt adæquate dividi in intellectualem, & appetitivam. Quidam enim perfici potest ad recte operandum est intellectus, seu ratio; vel appetitus, five rationalis, five sensitivus. Sequitur tertio: quod virtus moralis potest esse sine virtute intellectuali speculativa, puta, sine scientia, & sapientia; non tamen sine practica, quæ est prudentia: nam hæc facit bonam electionem applicando regulas rationis, ac recte precipiendo. Sequitur quarto: alias quidem virtutes intellectuales sine virtute morali esse posse, ut scientia in peccatore, non tamen prudentiam; quia rectum iudicium in practico, quod pertinet ad prudentiam, sine recta intentione finis, quod pertinet ad virtutes morales, stare non potest.

XIII. Circa secundum, de quo agit q. 59. primo dicit, virtutem moralem non esse passionem. Nam virtus moralis de se inclinatur determinate ad bonum rationis; passio vero, secundum se, se habet ad bonum, & ad malum. Secundo. Cum virtute morali passiones esse posse; non quidem inordinatas; sed ratione moderatas, & frenatas: quod conciliat Stoicorum Peripateticis. Illi enim dicebant, passiones animæ in Sapientia esse non posse; illi vero passiones simul cum virtute admittent, sed ad modum redactas. Tertio. Virtutem posse esse cum tristitia, moderata tamen, & sub ratione ordinata; & hoc contra Stoicos, qui tristitiam ab animo sapientis excludebant: cum tristitia in Christo fuerit, in quo virtus in summo fuit. Quarto. Aliquis virtutes versari circa passiones, moderando illas, ut sunt illæ, quæ in appetitu sensitivo ponuntur; alias circa operationes voluntatis ad alterum, sicut quæ respiciunt iustum, & debitum.

XIV. Circa tertium, nempe, distinctionem virtutum inter se, de quo agit S. Doct. q. 60. dicit primo. Virtutem moralem non esse unam tantum, sed plures, quamvis una sit virtus directiva omnium, nempe, prudentia. Dicit secundo. Virtutes morales, quæ sunt circa passiones moderandas, distinguuntur ab eis, quæ sunt circa operationes ad alterum: ideoque temperantiam, ac fortitudinem, quæ moderantur passiones concupiscibiles, & irascibiles, distinguuntur a iustitia, & partibus ejus, quæ regulantur actiones externas ad alterum, puta, emptiones, venditiones. Dicit tertio. Virtutem, quæ moderatur operationes ad alterum, & servat rationem debiti, & iusti, non unam esse, sed plures, secundum diversum modum solvendi debitum: aliter enim reddere equali per iustitiam commutativam: aliter superiori, ut Deo per religionem, parentibus, & patrie per pietatem: aliter minori, per iustitiam distributivam, seu legalem; aliter ex pacto, vel ex promisso; aliter ex beneficio suscepto. Dicit quarto. Non unam esse virtutem moralem regulativam passionum, sed plures. Circa passiones concupiscibiles quidem, quia eorum motus secundum quandam ordinem invicem consequuntur, amorem enim sequitur concupiscentia, & ex concupiscentia delectatio procedit; non ponitur nisi una virtus temperantia. Circa passiones vero irascibiles, quæ ad opposita ordinantur, diverse virtutes ponuntur: fortitudo circa timores, & audacias; magnanimitas circa spem, & desperationem, mansuetudo circa iras.

XV. Circa quartum, de quo agit q. 61. dicit primo. Ceterum esse, inter virtutes morales aliquas dari, quæ debeant dici Cardinales; quia sunt veluti cardo, quo tota moralis bonitas volvitur: seu principales, quæ præcipua sunt, quia principialem, seu difficilioram materiam, aut modo principiorum procedunt. Dicit propterea secundo. Has esse quatuor:

nempe, prudentiam præcipuam in dirigendo secundum rationis ordinem humanas actiones: temperantiam in moderando, & frenando concupiscentias: fortitudinem in aggrediendo, & sustinendo iustitiam in adequando debita. Dicit tandem. Virtutes a Platonicis dividi in politicas, purgativas, purgati animi, & exemplares. Politicæ sunt, quibus bene se habet homo in rebus humanis gerendis, purgatoricæ, quæ animum purgant, & disponunt ad contemplationem divinarum; purgati animi, quæ a terrenarum hinc cupiditatum animum sic purgant, ex abundantia contemplationis, ut non amplius sentiantur; quod est tantum Beatorum, vel aliquorum in hac vita summe perfectorum: exemplares vero eadem virtutes dicuntur per imitationem Dei, qui omnium virtutum exemplar est: sicut per imitationem, & participationem divinam iustitiz iusti sumus, quo tendunt verbi Christi Math. v. 48. Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester Cælestis perfectus est.

S. III.

De Virtutibus Theologicis.

XVI. CUM virtus perficiat hominem ad actus, quibus in beatitudinem ordinatur; sit autem duplex hominis beatitudo, seu felicitas: una quidem proportionata sue nature, ad quam homo per principia nature pervenire potest: alia naturam hominis excedens, ad quam homo sola divina virtute pervenire potest; secundum quandam divinitatis participationem: ideo præter virtutes, quibus disponitur ad beatitudinem naturalem, oportet dari virtutes divinitus ei superadditas, quibus bene disponatur ad iustitiam divinam ad beatitudinem supernaturalem. Et istæ vocantur virtutes Theologicæ, sic dicitur: tum quia habent pro objecto immediate Deum, ut finem supernaturalem; tum quia a solo Deo nobis infunduntur: tum quia sola divina revelatione in Sacra Scriptura traduntur. Ita S. Th. 1. 2. q. 62. art. 1. Has virtutes specie distinguunt ab intellectualibus, & moralibus supra recensitis, docet art. 2. Quia objectum illarum est aliud, quod humana ratione comprehendere potest; objectum vero illarum Deus est, quatenus cognoscitur, & inclinationis naturalis vires excedit.

XVII. Virtutes Theologicæ tres esse, docet art. 3. nempe, fidem, spem, & charitatem. Quia homo ad beatitudinem supernaturalem evelli debet, tam per illustrationem intellectus, quam per rectitudinem voluntatis; cum ab ordine ad eam deficiat, tam quoad intellectum, quam quoad voluntatem, iuxta illud 1. Cor. 2. v. 9. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus illi, qui diligunt illum. Ergo oportuit illis duabus potentis aliqua principia divinitus dari, quæ illas elevarent ad talem ordinem: & sic quoad intellectum datur fides, quæ capiat ea, quæ divinitus revelantur. Quoad voluntatem vero oportet duo infundi principia: unum, quod intendat assequi illam beatitudinem per supernaturalia media; & hoc est spes: alterum, quod uniat spiritualiter per affectum illi fini, & quasi in illum transformetur; & hoc est charitas.

XVIII. Ordinem autem, quem inter se tenent hæc virtutes, exponit art. 4. ut, scilicet, ordine generationis prior sit fides, quam spes, & charitas; quia non potest appetitus in aliquid tendere, vel sperando, vel amando, vel amando, nisi ab intellectu prius fuerit apprehensus: in voluntate autem spes precedit charitatem. Ex hoc enim, quod aliquis sperat consequi aliquid, ut bonum sibi, & proprium, procedit ad amandum ipsum; prius enim est concupiscere, ut propter, quam amare, ut amicum. Ordine autem perfectionis omnes præfatas antecellit charitas; eo quod tam fides, quam spes per charitatem formatur, & perfectionem virtutis acquirunt: est enim mater, & forma omnium virtutum. Hæc sufficient. Nam de virtutibus Theologicis in 2. 2. sermo erit.

D U B I U M II.

An dantur in nobis Virtutes Morales per se infusæ?

S. I.

Quædam Prænotantur.

I. DARI in nobis virtutes aliquas supernaturales: per se infusas, nempe, Theologicas, fidem, spem, & charitatem, dogma fidei est definitum in Tridentino Sess. 6. c. 7. his verbis: *Ista substantiatione cum remissione peccatorum hæc omnia sunt infusa accipit homo, per Jesum Christum, cui inferiorum, solum, spem, & charitatem.* Solum ergo controversia est: an præter virtutes Theologicas, dantur etiam virtutes morales per se infusæ cum gratia habente, & cum ea indissolubiliter connexæ; temperantia, nempe, fortitudo, iustitia, & prudentia supernaturales, quæ ab acquisitione specie distinguuntur.

II. Loquor autem de virtutibus per se infusis. Nam virtus potest esse infusa dupliciter: vel per se, vel per accidens. Est infusa per se, quando ex propria natura habet, ut a solo Deo in anima producitur; quia est ordinis supernaturalis, & divini: quomodo virtutes Theologicæ, & dona Spiritus Sancti dicuntur per se infusæ; quia a natura nulla sunt indita principia, quibus acquirantur. Dicitur autem infusa virtus per accidens, quando suapte natura est nostris actibus acquisibilis; per accidens tamen, ex aliqua divina dispensatione, alicui infunditur: quo modo diximus, virtutes fuisse infusas Adamo, illas quoque, quæ ex sua natura acquisibiles erant. De his ergo hic non loquimur, sed de infusis per se, & ex natura sua.

III. Alias

